Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Evangelienlesung nach Matheus

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

enim. qui consolet flenter dolenter
curat penitenter informat. detestare
peccata. si officia penitentis in uedis. aut
si peccare delectat. quaere penitentiam quam
praeteritis infamat; contumaciae cri
men est quod oderis facere quod damna
ueris uelle. quod horrueris exercere.
amare probatur. qui quod dicit exer
cet. dodisse uicissim. quod se amare
mentitur; Neque enim potest excusari.
cuius uerba aliud sonant. et aliud
facta demonstrant; doleat
peccator. aliud se esse quam fue
rat. lauet lacrimis. quod delictis
infecit. curet fletibus. quod peccando
uexauit; gemitibus purget. quod con
temnendo commisit; si penitet corrige.
si dolet quiesce. curet penitendo quod
fecit. ut possit recipere quod amisit;

...V in ... ma. ... (margin note)

LECT SCI EUANGELII SECUNDUM MATHEUM

In illo tempore secessit ihs in partes tyri
et sidonis. Et ecce mulier chananea
a finibus illis egressa clamauit dicens
ei. miserere mei dne filii dauid.

OMELIA UENERABILIS BEDE PRES
BYTERI DE EADEM LECTIONE.

In lectione sci euangelii quae nobis
modo lecta est fratres karissimi audiuimus
magnae mulieris fidem. patientiam con
stantiam. et humilitatem; cuius eo
maius est admiratione dignae mentis
deuotio. quo ipsa quidem ut potest legis
tilis adiutorum eloquiorum fundi
tus fuerat sacrae doctrinis. necta
men illis quae eadem eloquia praedicant
est priuata uirtutibus; habet
namque magnae fidei perfectionem.
quae pietatem saluatoris implorans
ait; miserere mei dne fili dauid; cum enim
eundem dnm quem filium dauid appellat.
patet profecto. quia et uerum hunc homi
nem. uerum et credit dm; cum pro filia
rogans. non illam secum adduxit.
non dominum ad eam uenire precatur con
stat aptissime. quod eum uerbo sa
lutem posse dare confidit. cuius prae
sentiam corporis nulla requirit;
Sed et in hoc quod eum post multas
lacrimas tandem prostrata adorat
dicens. dne adiuua me. neque quam
sedem eius diuina maiestate ambiguam
docet. cuius adorandam ut dm dicit
esse potentiam; habet patientiae uir
tutem non exiguam. quae dno
ad primam petitionem eius non respon
dente uerbum. neque quae a precib;
cessat. sed ampliori instantia auxilium
quod ceperat pietatis implorat;
respondere autem illi differt dns.
non quia misericors medicus mise
rorum preces despicit. de quo uera
cissime scriptum est.